

Nf 14



2. D. B. V.  
DISSERTATIO PRIOR  
DE

18.

**MELCHISEDECO,  
CHRISTI TYPO,**

Quam

IN REGIA FRIDERICIANA

sub Numinis divini auspiciis,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENBURGICO, RELIQUA;

*Die Jul. hujus M DCC XIII. anni,*

PRAESIDE

**JOACHIMO LANGIO,**

SS. Theol. Prof. Ordin.

placido eruditorum examini subicit

RESPONDENS

**JOANNES BARTHOLOMÆUS PIETSCHUS,**

Hetstadio - Mansfeld. S S. Theol. Cult.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS GEORGI JACOBI LEHMANNI, ACAD, TYPOG.

DISSEMINATED PRICE

MELCHRISTEDCO  
CHRISTI TYPO

IN REGIA UNIVERSITATE

RECTORE MAGNifico GENTISSIMO

GERARDO MAGNifico GENTISSIMO

DR. FRIDERICO WILHELMO

PRINCIPIS BORUSSIAE MARCHIONE

BRANDENBURGICO REX

Dr. Jul. 1794 M. DCC. LXXIV

FRANCO

JOACHIMO LANGIO

Dr. Theol. Prof. Ordin.

Dr. Theol. Prof. Ordin.

Dr. Theol. Prof. Ordin.

JOHANNES BAPTISTOMERUS PICTURUS

Dr. Theol. Prof. Ordin.

The Great Jacob Lehmann, Agent, Lipsa






RESPONDENTI  
PRÆSES

S. P.

**T**Uam, carissime Pietſchi, diligentiam mihi, ac præcipue factoribus tuis, probaturus, exhibuiſti mihi Diſſertationem de Melchiſedeco, ſub moderamine meo in publico diſputationis actu τὸν θεολογικὸν examini ſubmittendam. In quam ſicut non parum operæ ac ſtudii te inſuſſiſſe deprehendi, ita feciſti, quod academico tuo vitæ genere omnino dignum eſt. Non autem ægre feres, quod eam alia tibi facie, quam qua illam accepi, reddo prelo ſubjiciendam. Etenim ego, in abſtruſe diſſiſſeque hujus materiæ meditationem delatus, ea mihi deprehendere videbar, quæ cum meletematis tuis haud commode poſſent coaleſcere, niſi tractationis ſerie immutata, & illi methodo, cui ego in ſcribendo aſſuetus ſum, accommodata. Atque ita opera tua hoc in negotio ita verſata eſt, ut, tuis tibi ſervatis, factum hunc, quantuſcuſque eſt, non immerito etiam meum vocare poſſim. Et quia materia ſub meditatione accrevit, commode duabus diſſertationibus tractabitur, ita ut prior hæc agat de Melchiſedeco ἱεροῦ μένω, ſeu de Melchiſedeciſ persona ac officio; poſterior de ἀλληγοῦ μένω, ſeu ejus anitypo, JESU CHRISTO. Ceterum memineris, te publico hoc ſpecimine, tanquam publico teſtimonio, obſtringi, ut caeſti tuo ac meo MELCHISEDECO ſincere ac conſtanter mecum vivas ac ſervias, ipſi, pro decimis, temet ipſum totum conſecrando. Quod quo præſtiterimus fidelius, eo plus & ſpiritualis & glorioſe, ſeu æternæ, εὐλογίας ab ipſo obtinebimus. Vale.

A 2

Eun-



# FUNDAMENTUM

hujus, uti & futurae, Dissertationis:

## MOAICUM

Gen. XIV, 18, 19, 20.

ומלכי צדק מלך שלם הוציא לחם ויין והוא כהן לאל עליון:  
ויברכהו ויאמר ברוך אברהם לאל עליון קנה שמים וארץ:  
וברוך אל עליון אשר מגן צדיק בדרך ויהו לו מעשר מכל:

## DAVIDICUM

Pfalm. CX, 4.

נשבע יהוה ולא ינחם אחה כהן לעולם על רברחי מלכי צד

## PAULINUM

Ebr. VII, 1. 2. 3. &c.

Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδεκ βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τῶ ἁγίου ὕψιστου,  
ὁ συναντήσας Ἀβραάμ ὑποστρέφοντι διὰ τῆς κοπῆς τῶν βασιλείων,  
καὶ ἐνλογήσας αὐτὸν· ὃ καὶ δεκάτην διὰ πάντων ἡμέρων Ἀβραάμ  
πρῶτον μὲν ἐρμηνεύομεν βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασι-  
λεὺς Σαλήμ, ὁ ὄντι βασιλεὺς εἰρήνης. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλό-  
γητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων ἀφωμοιωμένον δὲ  
τῷ ὑψίστῳ ἁγίῳ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. κ. τ. λ. Conf. c. V, 6, 10, 11,  
VI, 20.

DISSER-



DISSERTATIO PRIOR  
DE  
MELCHISEDECO

ἱεροσύνης,

SEU DE PERSONA ET OFFICIO MELCHISEDECI.

APHORISMVS I.

Nomina מלכיצדק & שלם non sunt appellativa, sed propria.

DEMONSTRATIO.

S. I.



Omen Melchisedeci certæ personæ proprium fuisse, patet 1. e Jod paragogico, certo proprii nominis indice, & quasi glutine aliquo duarum vocum, in unum nomen proprium coalescentium: qua de re exempla in sacris litteris plurima habemus. Sufficiant nunc hæc duo אדניצדק & אבימלך. Nam sicut אבימלך nomen fuit proprium regum Philistæorum, ita, quod probabile est, reges Salemenfes nomine מלכיצדק insigniti fuerunt, postea eadem denominationis

nisatione nomen אֲדִנְיָרוֹס nacti, uti liquet ex Iof. X. 1. Pari ratione Ægyptii suos reges primum vocarunt Pharaones, postea Ptolemæos, Syri Antiochos, Persæ veteres Chosroes, recentiores Zofos seu Sophos. κ. τ. Δ. Imo fac, reges Salemensis priores, seu proximos, qui ante nostrum, de quo nobis sermo est, scepra tenuerunt, nomen מְלִיכֵי צִדְקָה haud gesfisse; negari tamen non poterit, eo nostrum illum, ob singularem pietatis ac justitiæ gloriam, fuisse appellatum; & quidem, ut admodum probabilis fert conjectura, singulari Dei instinctu, typum in hac appellatione intendente. Quæ appellatio in subsequentiis regibus, usque ad Josuæ tempora, quibus Jerusalem Adonisedecum, eodem significato, habuit, continuata fuisse videtur, etsi successores nullum amplius denominationis hujus fundamentum in se, suoque regimine, haberent; quemadmodum fieri solet, ut, pereunte re, nomina tamen, tanquam nuda & inania simulacra, remaneant. Huc pertinet 2) *stilus Moysi historicus*, qui non permittit, ut in eodem sermonis cursu, ubi tot alia nomina propria occurrunt, solum Melchisedeci nomen in sensu appellativo accipiat, plane nullo mutatae significationis indicio exstante, immo potius integro contextu repugnante. 3) Hic probe notanda est *allegatio Davidis* Pl. CX. & *Pauli* Hebr. VII. siquidem utrobique nomen hoc ut proprium adhibetur. Consentiant metaphrastæ veteres, orientales ac alii, fere ad unum omnes.

## §. II.

Nec appellativum, sed proprium, est nomen שָׁלֵם Σαλήμ, nimirum urbis illius, cujus gubernacula tractavit Melchisedecus. Id quod constat: 1. e *proprietate sermonis*



*nis historici* in Mose : ubi quemadmodum inter alia **סרם** **סרם** est nomen proprium notissimæ urbis, & **סרם מלך** rex hujus urbis, ita etiam **שלם מלך** notat regem Schalemi seu Schalemensem. 2. E nomine hoc *alibi obvio*, & de Jerusalem usurpato, nimirum Psalm. LXXXVI, 3. ubi de Messia dicitur : **בשלם** in SALEM tabernaculum ejus : Id quod statim declaratur de Jerusalem, quando additur ; & *habitatio ejus in Sion.*

## §. III.

Nec obstat, quod Hieronymus, e non nullorum Judæorum traditione, statuatur, fuisse hanc urbem Salem ab Hierosolyma distinctam. Quod si enim auctoritati, seu humano testimonio, aliquid roboris hic subest, plus hic valebit dissensus plurimorum, **רם שלם** de Jerusalem accipientium, ita ut Judæis Judæos posimus opponere, & inter hos testes omni exceptione, apud ipsos, majores, hoc est, paraphrastas Mosaici textus Chaldaicos. Conferatur Josephus *ἀντιφασ* de B. I. L. VII. c. 18. Et fuerit alia hujus nominis urbs, eoque referatur locus Joh. III, 23. & secundum nonnullos Gen. XXXIII, 17. a Mose tamen Hierosolymam notari, certum est, non solum e traditione & consensu veterum ac plurimorum, sed etiam e re ipsa. Nam, 1) præter locum Psalm. LXXXVI, 3. jam allegatum, 2) ipsa *Mysterii ratio* non aliam hic admittit urbem in typo, quam cui, ob rerum gestarum analogiam, convenit antitypus, hoc est, Jerusalem, ubi Christus, princeps pacis, in sacerdotio suo eminentissimo verus noster Melchisedecus existit. 3) *Mediæ narrationi* de occurfu Regis Sodom inferitur narratio de Melchisedeco, ita ut post hanc ista jam cœpta continetur. Unde liquet, regem Sodom in vicinia urbis Salem

lem Abrahamo occurrisse. Hæc autem vicinia exprimitur per vallem  $\eta\omega\psi$ , seu *vallem regis*. Ergo, cum hæc prope Jerusalem fuerit, ubi Abschalom sibi monumentum erexisse dicitur 2. Sam. XVIII, 18. inde constat, Salem esse Jerusalem. 4) Abrahamus, a partibus Damasci redux, & ad sedem suam, Hebronem, tendens, obviam potius habuit Jerusalem, quam alteram illam Salem, juxta Scythopolin, ut visum fuit Hieronymo (qui tamen in epistola ad Marcellam mentem suam mutasse deprehenditur,) aliisque nonnullis, ex loco Gen. XXXIII, 18. ubi tamen  $\tau\delta\ \eta\omega\psi$  appellative verti potest, uti etiam vertit Targum Onkelos, quem sequuti sunt Junius, Tremellius, Piscator, alii. Quæ de ruderibus palatii Melchisedeciani modo dictus venerandus pater refert, fabulosam redolent traditionem, & pro altera illa Salem nihil probant. Nec enim probabile est, illa ætatem suam usque ad Hieronymi tempora tulisse. Huc 5) accedit, quod in libro Josuæ nulli alii urbi *Salem*, quam quæ etiam dicta fuit *Jerusalem*, tribuatur rex, a Josua devictus: Item 6.) quod  $\eta\omega\psi$ , quod nomen a nomine  $\eta\omega\psi$  re ipsa non discrepat, non nisi illius Salem, quæ postea Jerusalem dicta fuit, rex fuisse perhibeatur.

## §. IV.

Mirum vero est, qui fiat, ut illi, qui nomina, adhuc considerata, pro appellativis habent, sententiam suam ex epistola ad Hebræos confirmatum eant, nimirum in his capituli VII, 2. verbis:  $\pi\rho\omega\tau\omega\upsilon\ \mu\acute{\epsilon}\nu\ \epsilon\rho\mu\eta\upsilon\epsilon\upsilon\acute{\omicron}\mu\epsilon\upsilon\sigma\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\upsilon\eta\eta\varsigma$ ,  $\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\alpha\ \delta\epsilon\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma\ \Sigma\alpha\lambda\acute{\eta}\mu$ ,  $\acute{\omicron}\varsigma\ \epsilon\sigma\tau\iota\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma\ \epsilon\iota\rho\acute{\eta}\nu\eta\varsigma$ . Quæ, in contextu suo considerata, potius contrarium evincere, quis non observaret? Nam distingvenda utique est in sermone Paulino historica nominum, ut propriorum, allegatio a typi-

a typicâ eorum interpretatione. In allegatione retinet Apostolus voces Hebræas proprias in sensu proprio. In interpretatione autem eas accipit secundum notationem Grammaticam seu secundum sensum appellativum, quem significatio nominum priorum Grammatica gignit. Ubi probe notandum est, quod in ipsa allegatione *מלכי צדק*, quia totum, seu utraque vocis hujus compositæ pars, proprium est, seu nomen proprium constituit, ponatur *Μελχισεδεκ*, non vero dicatur *Μελχισαλημ* secundum Hebræum *מלך שלם*, sed *βασιλευς Σαλημ*, nimirum quia in his vocibus non utraque, sed tantum posterior, proprium nomen est, prior autem appellativum existit. Unde nec Hebraice vocatur *מלך צדק שלם*, sed *מלך שלם*. Et quia instituti ejus ratio exigebat, ut sola nomina propria in sensu appellativo interpretaretur, utramque compositi nominis *מלך צדק* partem reddidit Græce per *βασιλευς δικαιοσύνης*, e vocibus vero *שלם* & *צדק* solam posteriorem vertit Græce, priore, quia appellativa erat, ne quidem Hebraice, sed tantum Græce, allegata, sua tamen emphasi in applicatione ideo non carente. Nomina vero propria quam commode in appellativa verti possint, ita ut certam personarum indolem ac proprietatem exprimant, vel solum nomen, JESUS, ab Angelo Matth. I. 21. expositum, nos edocere potest.

## §. V.

Ceterum ad vocem *מלך* notanda adhuc sunt *Φιλολόγημα* quædam. 1. Probabile omnino est, hanc urbem a Melchisedeco, justitiæ ac pacis, & politicæ & spiritualis, amantissimo, si non exstructam, tamen hoc nomine, boni ominis gratia, non sine arcano Dei instinctu, ad magnum

B

illud

illud pacis, Deum inter ac homines instaurandæ, opus, a pacis principe, Christo, perficiendum, respiciente, insignitam fuisse. 2. Postea, ab incolis profanis & bellicosis aucta & bene munita, in terrorem hostium dicta fuit ירושלים, eliso יר, e radice ירא timuit, h. e. *timete Schalemum!* Nisi dicere velis, idem esse, quod ירושתים possessionem seu hæreditatem tranquillitatis. Et quia fortasse in duas partes fuit divisa, probabile est, inde nomen istud formam dualis numeri, ירושלים & extra quinque loca (Jer. XXVI, 18. 1. Par. III, 5. 2. Par. XXV, 1. c. XXXII, 9. Esther, II, 6.) eliso Jod ירושלים accepisse, quod alias ad nomen של vel שלי, tranquillitas, referres. 3. ירושלים labio Chaldaico effertur ירושלים & a LXX. redditur *ἱερουσαλημ*, quod *ἱερουσαλημ* *ἱεροσολημ*, etiam in Novo Test. occurrit & in eodem alias *ἱεροσολυμα*, & *ἱα* *ἱεροσολυμα*, *ων* dicitur, unde appellationes Latinæ notissimæ ducuntur. 4. Vocata etiam fuit hæc urbs יבוס Jebus Jos. XIX, 28. Jud. XIX, 10. conf. 2. Sam. V, 8. quod nomen, a בוש pedibus proculcare, desumptum, itidem in hostium terrorem factum esse viderur, nisi forte rectius, subordinata tamen hæc significatione, nomen hoc referre velis ad filium Canaan, Jebus, unde Jebusitæ, incolæ Jerusalem, dicti sunt Gen. X, 16. Ceterum de origine vocis ירושלים vide alia nonnulla lecta non injucunda, nec improbabilia in GLASSII Philol. S. p. 991. seqq. ubi inter alia: *Simplicissime, inquit, dicitur, nomini pristino SALEM (quæ vox boni ominis est, pacem significans) a Davide additum fuisse JERU (a יראו vidit) ex denominatione montis ab Abrahamo facta, Gen. XXII, 14. ירוח מוריח JEHOVA VIDE BIT, ut ita eadem denominationis ratio montis Morijæ & civitatis Jerusalem, monti illi ex parte super-*

structe. Unde utrumque nomen in proposito Salomonis de edificando templo conjungitur 2. Par. III, 1. Ad illum typum Messie in Isaaco propositum, & ad ipsum antitypum, Messiam videlicet benedictum, Spiritu respexisse Davidem, dubitari non potest. Quodsi ante Davidem fit nominis hujus mentio Jud. I, 8. &c. per prolepsin id intelligendum. Pulcherrime itaque hoc nomine exprimitur, tum Christi in carne manifestatio ejusque in urbe Hierosolymorum peractum pro salute nostra λότρον, tum beatissima beneficiorum λότρων illius consummatio in vita aeterna, quae VISIO PACIS, & intuitio beatifica servatoris Jesu est: qua de causa typus vitae aeternae JERUSALEM statuitur Apoc. XXI, 10. seqq. Hæc ille. Utinam vero Grammatica huic derivationi non obstaret. Quod si tamen ista alicui non videtur repugnare, sed tamen durior esse illa prolepsis extensio (si quidem per eam etiam Josua, Jerusalem mentionem faciens c. X. 1. negaretur libri sui auctor exstitisse) non incommode illa nominis mutatio ipsi Josuæ poterit tribui. Quid? si ipsi Abrahamo, aut Melchisedeco, tribuatur. Non enim improbable est, Melchisedecum eo tempore, quo Abrahamus Isaacum immolabat, adhuc fuisse superstitem. Singularis etiam prudentiæ divinæ radius inde emicat, si consideremus, Abrahamum, ad immolandum filium, eo fuisse evocatum, ubi sedes erat Melchisedeci, tam illustris typi Christi, sive adhuc viventis, sive jam defuncti. Ceterum de voce Jerusalem conf. WALTH. in officin. Bibl. Observ. XL. p. 767. seqq. item PASOREM in Lexico. κ. τ. Δ.

## APHORISMUS II.

Melchisedecus fuit verus merusque homo.

## DEMONSTRATIO.

## §. I.

Constat hoc axioma 1. *ex integra historia*, quam Moses narrat, *serie*. Etenim diversorum regum, tam extra, quam intra, Cananæam imperantium, mentione facta, eodem sermonis filo subjicitur mentio Melchisedeci, immo hæc inseritur mediæ narrationi de occurssu regis Sodom. Unde τὸ ῥητὸν hic deseri nequit, nisi, manifesta narrationis proprietate deserta, nodos velimus innectere scirpo, seu perspicuo sermoni griphos, illumque quasi in drama aliquod theatricum convertere, in quo quasi ἀπὸ μηχανῆς Deus vel angelus ex improviseo derепente intervenerit. Quid? quod Rex hic denominetur a nomine proprio urbis  $\omega\gamma\psi$ , Mosis tempore notissima, cujus gubernacula sane non nisi verus homo inter homines tractare potuit. Nec vini panisque prolatio, aut decimarum receptio, commode in alium, quam verum hominem, cadit.

## §. II.

Liquet axioma 2.) e collatione Mosis & Pauli. Moses enim perhibet, Melchisedecum esse sacerdotem Dei altissimi. Paulus vero Heb. V, 1. dicit, omnem sacerdotem esse ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενον, ex hominibus assumptum. Pertinent quidem hæc verba, ex *hominibus assumptum esse*, ad determinationem subjecti, seu sacerdotis, sed tamen hoc subiectum, πᾶς ἱερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, re ipsa id poscente, re-

te recte resolvitur in hanc propositionem: πᾶς ἱερεὺς ἐξ ἀν-  
 θρώπων λαμβάνεται. Nec obstat, Paulo sermonem esse de ordi-  
 nis Levitici sacerdotibus. Quicquid enim de iis valet in ab-  
 solutæ necessitatis momentis, non poterit negari de illis,  
 qui ab ipsorum ordine & officio temporis intervallo sejun-  
 cti fuere.

## S. III.

Immo, quod 3.) huc pertinet, ipse Dei filius non po-  
 terat sacerdotali suo officio fungi, nisi, assumpta per ἐνσάδ-  
 κωσιν humana natura, verus homo factus. Jam si ipse  
 mundi Salvator, CHRISTUS JESUS, ut sacerdoti-  
 alis muneris partes pro universo humano genere expleret,  
 in verorum hominum ordine existere voluit; quomodo  
 ejus typus, Melchisedecus, ipso hoc antitypo suo esse po-  
 tuit excellentior, seu verus homo non esse? Quod si au-  
 tem fuit homo verus, fuit etiam merus; siquidem non nisi  
 unum habemus θεάνθρωπον, verum, etsi non nudum, homi-  
 nem. Neque vero ipsum Dei filium in hac historia sub  
 Melchisedeci nomine & persona intelligendum esse, plu-  
 ribus patebit ex Aphorismi VI. demonstratione. Ex hoc au-  
 tem aphorismo II, per se constat veritas sequentis tertii.

## APHORISMUS III.

Melchisedecus non fuit magna quædam virtus,  
 ipso Christo major, secundum sic dictos Melchi-  
 sedecianos; nec Spiritus Sanctus, secundum HIE-  
 RACEM Ægyptium; nec Angelus, secundum  
 ORIGENEM, ut vulgo fertur, & ejus sectato-  
 rem, DIDYMUM.

## NOTA.

De his veterum nonnullorum opinionibus, quæ Melchisedecum supra humanam sortem, immo ex parte quam indignissime supra ipsum Christum, evehunt, videatur EPIPHANIUS L.II. contra Hæres. hæ. 35. al. 55. nec non AUGUSTIN ad Quod vult deum c. 34. SIXTUS Senenf. L. V. annot. 90. HIERONYMUS ep. 126. ad Evagrium. Quæ cum absurdæ sunt, adeo ut vix aliquam veri speciem præ se ferant, & vi præcedentis aphorismi concidant, peculiari refutatione non egent.

## APHORISMUS IV.

Melchisedecus non fuit homo quidam *ἀναυδῆτος*, a Deo peculiariter creatus, secundum anonymum quendam apud KLOPPENBURGIUM Syntagm. Exercit. p. 457. seqv. nec Henochus redivivus, secundum HENR. HULSIUM in tractatu de Melchisedeco Henocho.

## DEMONSTRATIO.

## S. I.

**S**ententia prior per *παρρησιασθησάν* loci Paulini Hebr. VII. comminiscitur inauditum plane miraculum, sine ullo, vel minimo, historiæ fundamento, ideoque admittenda non est; immo tantis laborat difficultatibus, ut assensum inter eruditos non obtinuerit. Unde nec operosam discussionem meretur. Studio etiam prætereo alias ejusmodi opiniones, haud magis probabiles, imo impias; qua-



qualis PETRI JURII Hist. Critiq. P. 1. c. 9. seqqv. Chamum impium hic fingentis, sed merito refutati a CL. MARCKIO Exercit. II. p. 172. seqqv.

## S. II.

Nec melior est nova CL. HULSII hypothesis, qua statuitur, Henochum denuo in terras fuisse missum, & tanquam regem ac sacerdotem sanctissimum habitasse in civitate Salem, seu Jerusalem, ut insignem exhiberet typum sacerdotii Christi, non laboriose in terris, sed gloriose in cœlis super throno suo, perficiendi. Etenim 1. repugnat hæc sententia *statui Henochi glorioso*. Quomodo enim homo immortalis & glorioso corpore præditus regio & sacerdotali munere fungi potuit inter mortales, eosque in Canaan plurima ex parte longe perditissimos? 2. Repugnat *historiæ Mosaicæ*; utpote quæ nullum plane hujus rei indicium præbet, omnia vero ita narrat, uti consentaneum est homini, singulari quidem & admodum eximio, ab humana tamen reliquorum mortalium sorte nondum exempto. 3. Repugnat *textui Paulino*, qui Melchisedecum vocat ἀγενεσλόγητον, qualis tamen Henochus fuit & dici potest minime. Taceo reliquas hujus opinionis difficultates, & permagnam argumentorum, quibus eam adstruendum ivit vir alias doctissimus, imbecillitatem. Opposuit illi CL. Theologus Batavus, JOANNES D' OUTREIN Dissertationem, quæ Melchisedecus Non-Henochus inscribitur, & modo hoc ipso anno Amstelodami prodit.

## S. III.

Hæc hæctenus in duobus aphorismis de opinionibus, uti liquido falsis, sic inter doctos nullum, fere assensum habentibus. Restant duæ aliæ, quæ ad dignam sui

con-

considerationem plus operæ requirunt. Nam si non plus habent soliditatis, plus tamen probabilitatis præferunt, & multorum, eorumque eruditissimorum, virorum suffragiis gaudent: quarum una est de Melchisedeco IPSE DEI FILIO, altera de Melchisedeco SEMO. Mihi vero neutra placet: ideoque quid in utraque desiderem, quam fieri poterit brevissime, exponam.

## APHORISMUS V.

Melchisedecus non fuit Semus, secundum Auctores & interpretes bene multos.

## DEMONSTRATIO.

## S. I.

**A**ntiquissimam esse hanc sententiam, vel e solo Targum Jonathanis, libro antiquissimo, ex non improbabili multorum sententia jam ante Christum natum scripto, constare potest. Hic enim verba Hebræa: זמלכי וזמלכא צורכא הו שם בה: צרק סלך שלם ita redduntur: *Melchisedek hic S H E M filius Noachæ rex Jerusalem.* Item Targ. Hierosolym. זמלכי צרק מלכא דירושלם הו שם רבא. *Et Melchisedek rex Jerusalem est rex magnus.* Auctoritatem hujus testimonii Judæos secutos esse & adhuc sequi, facile potest colligi. Huc accedit Kabbalistica ipsorum observatio in בעל השורים, qua per seu ראשי תיבות שלם מלך שם, ordine inverso formant דו שם. Eandem opinionem Epiphanius L. II. adversus Hæres. n. 35. al. 55. p. m. 472. seqv. Samaritanis tribuit, iisque, tanquam ideo παραγελάσις, ridiculis, & ma-

magnum chronologiæ errorem committentibus, improbrat, sed hoc non sine errore chronologico, de quo ibidem videatur. Judæos semper multi christianorum secuti sunt; inter quos, qui litterarum monumentis mentem suam expressam reliquerunt, præcipui sunt: LYRANUS, TOSTATUS, EUGUBINUS, CAIETANUS, SVAREZ, TORNIELLUS, VILLALPANDUS. Ex Reformatis PEUCERUS, BRUGTONUS: & parum dissentiunt CLOPPENBURGIUS, VORSTIUS, aliique. Enostratibus LUTHERUS, CHEMNITIUS, CHYTRÆUS, RUNGIUS, GERHARDUS, VARENIUS. Conferatur PELARGUS in Gen. XIV. illis ἐπιβλέψας. Fundamento autem solido destitui hanc sententiam, paucis demonstrabimus.

## S. II.

Christiani secuti sunt Judæos. Hi vero nullum aliud habuisse videntur argumentum, quam quod ipsis inritus erga gentem suam amor suppeditavit. Suæ enim originis præstantia indignum esse existimabant, statuere, quod inclytus nationis suæ conditor, Abrahamus, tanquam inferior, decimas dederit alienigenæ, ut superiori, ejusque sacerdotali benedictione indigerit. Unde consultius esse, duxerunt, recurrere ad ipsius Abrahami profapiam, & hunc honorem deferre venerabili ejus tritavo, Semo, eo tempore adhuc inter mortales agenti. Eo autem excusatus hoc præjudicium ferimus in Judæis ἀπίστοις, quominus illi Pauli epistolam ad Hebræos, quæ in loco de Melchisedeco huic opinioni contradicit, agnoscunt. Rectius vero hic sentit JOSEPHUS, quando L. VII. c. 18. de B. I. Melchisedecus ipsi est *ἡγεμὼν δυναστείας, Chananæorum* dynasta.

*dynasta*, nimirum ipse gente Chananæus. Conf. L. I. c. II. de antiquit.

## S. III.

Christianorum vero tam multi ut modo dictam Hebræorum sententiam suffragiis suis comprobarent, illa a vero aliena hypothesis effecit, qua vulgo statuitur, tempore Abrahami jam tum veram Dei cognitionem purioremque ejus cultum omnem plane exolevisse inter Noachidas, præcipue inter impios impii Chami posteros, Cananæos. Quo supposito, existimant, Melchisedecum quandam, sacerdotem Dei altissimi, tam egregia justitiæ ac sanctimonie laude insignem, inter Cananæos quærere, non minus esse absurdum, quam si quis inter nigros Æthiopes quæsi- verit hominem alba facie conspicuum, ex ipsorum gente ortum. Atque ita ad Melchisedecum confugiunt, tanquam huic personæ sustinendæ aptissimum. Sed non opus est hoc refugio. Etenim Deus Semi fuit etiam Deus aliorum, ipsum inter dispersas gentes pasim sincere adhuc colentibus. Non dicam nunc de aliis. Inter ipsos etiam terræ Canaan vicinarumque regionum incolas, quibus Abrahami tempore vix sol deteriores adspexit, Deus sincere sui cultores habuit, Noachicæ doctrinæ, retinentes. Exemplo nobis est ABIMELECHUS; utpote quem genuinæ *Deosæbetus* non omnino fuisse expertem, laudabilis ejus cum Abrahamo converfatio, quam Moses Gen. XX. (Conf. c. XXVI.) memoriæ prodidit, luculenter ostendit. In vicinia post aliquem temporum decursum, cum idolomania dominans una cum vitæ impietate infaustissima sumsisset incrementa, singulari purioris doctrinæ divini- que cultus laude ac præstantia eluxit JOBUS, & quidem

dem non solus, sed una cum amicorum suorum, hac in parte ἱεροψύχων. choro. Ut nihil nunc dicam de Mosis focero, JETHRONE, sacerdote inter Midianitas, vero Dei cultui dedito. Ex. II. III. XII. Jam si paulo ante, aut circa, Mosis tempora inter idolorum cultores exstitit IOBUS cum aliis ejusmodi sinceris Dei cultoribus; quidni Abrahami tempore terra Canaan sanctum Melchisedecum habere potuisset?

## S. IV.

Videmus itaque, hanc Judæorum & Christianorum de Melchisedeco, ut Semo, sententiam arenoso fundamenti. Sunt tamen, ne quid dissimulem, alia etiam, quæ eadem conquirat, præsidia, nimirum: 1. Gentem Cananæam a Deo per Noachum excidio fuisse devotam, & hoc decretum a Deo tempore Abrahami fuisse repetitum Gen. XV, ideoque nullam veri speciem habere, quod inde Abrahamo & ejus semini obtingere potuerit solennis benedictio. 2. Gentem istam non habuisse regem aliquem, magno Abrahamo regalis sacerdotii prærogativa majorem, seu digniorem 3. Abrahamum autem grandævo tritavo suo, Semo, ut superiori, merito assurrexisse, ab eoque benedictionem expectasse & magna cum reverentia admisisse, nimirum ut hæres fieret sanctæ istius dignitatis, qua Gen. X, 26, 27. Deus dictus fuerit *Deus Semi*, & ut inde posthac Deus singulari cum emphasi diceretur *Deus Abrahami*, & seminis ejus, *Isaaci ac Jacobi*. 4. Vero consentaneum esse, si statuatur, Semum ante obitum suum χρηματισθείσα, seu divino oraculo edoctum, expectivisse tantæ benedictionis, quæ ipsi a Patre Noacho Dei afflatu obtigerat, hæredem videre, ut eandem ipsi confirmare posset.

set. Huc 5. accedere, quod hac ratione sensus sit facilis verborum Apostoli, de Melchisedeco: *μαρτυρούμενος*, inquit, *ὅτι ἔχει*, *testimonium habet, quod vivat*. Hoc enim percommode intelligi posse de eo, quod Noachus Deum vocaverit *שם ירי אלהים*, Deum Semi Gen. IX, 26. quemadmodum patriarchæ, Abrahamus, Isaacus, Iacobus, ex eo, quod se Deus *vocaverit Deum ipsorum*, ipso Christo interprete Luc. XX, 37. seq. dicantur post mortem superesse, Deoque vivere & gloriosam corporum suorum resurrectionem expectare.

## §. V.

Fateor, alicujus momenti videri has rationes, seu conjecturas. Verum enim verò longe validiora sunt, quæ hic in contrarium possunt afferri; & quidem 1. a *Semi profapia*: ubi subordinata habemus argumenta. Nam 1. hujus genealogia satis clare concinnata habetur in monumentis Mosais: Non vero Melchisedeci; utpote qui dicitur *ἀγενεαλόγητος*, seu is, cujus profapia memoriæ prodita non est, ideoque neque nunc enarrari potest. 2. Melchisedecus dicitur *ἀπατορ, ἀμήτωρ*, nec initium, nec finem dierum suorum habens: id quod itidem in Semum haud cadit. Nam uti hujus genealogia, sic in ea speciatim mentio parentis, uti & ortus atque obitus Gen. IX, 18, X, 21, XI, 10, 11. satis dilucide perscripta est. 3. Semus & Abrahamus ejusdem fuere profapiae, ita ut Levi, ratione ortus sui, eodem jure dici queat fuisse in lumbis Semi, quam quo in lumbis Abrahami suo modo existisse dicitur. Hoc vero repugnat scopo & demonstrationi Pauli; quippe qui inde, quod Levi cum posteris suis non in Melchisedeci, sed in Abrahami, lumbis, ratione feminis & origi-

originis, fuerit, & hac ratione quasi radicaliter in Abrahamo Melchisedecum pro superiore & digniore agnoverit, illius sacerdotis, cujus typum gesfit Melchisedecus, h. e. Christi, prerogativam & diversitatem *μυσικατέως* eruit atque probat. 4. Melchisedecus non solum simpliciter vocatur *ἀγενεαλόγητος*, sed etiam speciatim negatur fuisse *γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν* v. 3. seu pertinuisse ad profapiam Levitarum. Ad hanc vero pertinet Semus, tanquam caput ejus. Unde de illo hic sermo esse nequit, sed de alienigena. 5. Paulus scribit, Levi fuisse in lumbis Abrahami & in hoc decimas suo modo solvisse Melchisedeco Hebr. VII, 9, 10. Jam si Melchisedecus fuisset Semus, sequeretur, eundem Levi eodem actu & solvisse & accepisse decimas: solvisse in lumbis Abrahami, accepisse vero in lumbis hujus Melchisedeci, Semi; utpote ad quos ratione originis suæ non minus referri potest, quam ad illos, nimirum Abrahami lumbos. Et sic omni nervo privaretur argumentatio Apostoli. Huc 6. accedit, quod probabile sit minime, Semum tritavum a trinepote suo, Abrahamo, decimas exacturum, aut accepturum, fuisse, cum, secundum essatum Christi, pro universali consuetudine, triburum seu censum accipiant reges, non a filiis suis, sed ab alienis. Matth. XVII, 23, 26.

## §. VI.

Has difficultates, quæ e consideratione profapix Semiticæ emergunt, in unum collectas, non parum habere ponderis, quilibet æquus rerum æstimator, facile, putaverim, agnosceret. Sed ecce 2. *argumentum*, quod *consideratio populorum terre Canaan* suppeditat. Hæc enim cum omnium, quod sciam, confessione Chami posteris habitan-

da obtigerit, & ab ejus filio, Canaan, nomen gerat; quis credat Semum in ea regnum habuisse, aut si non habuit, illud, facta in alienos fines irruptione, occupasse? 3. *Ab indole Semi*, proba & sancta. Hæc sane Semo non permittit, ut, filiis ac nepotibus suis, inter quos purior Dei cultus aliquamdiu viguit, derelictis, ex orientis regionibus demigraret in terram, quam impio degeneris Chamii filio, Canaan, per propheticum Noachi oraculum in posteris suis maledictione notato, cecidisse non ignorabat. 4. *Ab Abrahami peregrinatione*. Si Semus Salemensè regnum tenuit in terra Canaan, certe ibi non fuit solus, sed cum familia sua, & saltem aliqua posterorum suorum, quibus per quingentos post diluvium annos superstes fuit, parte. Hoc autem supposito, Abrahamus, a Deo ex Chaldæa in Canaan demigrare jussus, non potuisset dici evocari e familia sua avita in peregrinas sedes, sed potius ablegari ad avitum & diviniorem in terris cœtum: atque ita non peregrinandum ipsi fuisset inter profanos & ignotos, sed verifandum in oculis & deliciis venerabilis senis, tritavi sui, Semi. Et quid, ut adversus hostium insultus tutus esset, opus ipsi fuisset fœdere principum Cananæorum, si hoc prosapiæ suæ caput, tanquam formidabilem istius regionis regem, a latere suo in suum habuisset præsidium? 5. *a Mosis narratione*. Hic plane nulla fit Semi mentio; quæ tamen cur profecto ejus nomine fieri haud debuerit, nulla dari poterit ratio. Et quomodo illud commercium, quod Abrahamo cum Semo partim jam antea, partim deinceps, necessario intercessisset, potuisset reticeri, cum satis proluxa sit vitæ Abrahami descriptio, & in ea, quid cum aliis ejus regionis principibus gesserit, non parce recensatur?



featur? Taceo, cum hac sententia stare haud posse ea, quæ postea de legatione Abrahami, in negotio matrimonii Isaci in Mesopotamiam instituta, uti & de peregrinatione Isaci & Jacobi, narrantur. Conf. BOCHARTUS in Phaleg. p. 77. seq.

## APHORISMUS VI.

Melchisedecus non fuit ipse Dei Filius, in assumpta humana forma, habitu & specie Regis ac Sacerdotis Abrahamo obviam veniens, secundum sententiam multorum.

## DEMONSTRATIO.

## §. I.

**N**on nova hæc est sententia, sed antiquissima, uti videmus ex EPIPHANIO adversus hæres. L. II. hæres. 35. al. 55. Probabile etiam est, ex veteribus eos, qui Melchisedecum habuerunt pro Angelo, intellexisse Angelum increatum, Dei Filium. Eandem avorum nostrorum ætate adoptarunt viri doctissimi, PETRUS MOLINÆUS in libro, qui *Vates* inscribitur, & in peculiari scripto Gallico; nec non PETRUS CUNÆUS de *Republica Hebræorum* L. III. c. 3. ubi pro ea integrum quali argumentorum agmen in medium producit. Consentiant GAILLARDUS, ALTINGIUS, alii. Et his calculum suum adjecit CL. Theologus Batavus, JOANNES de OUTREIN, in Dissertatione recentissima, quæ hoc ipso anno prodit, de Melchisedeco Non-Henocho, ubi p. 36. asserit, hanc sententiam fusius a se esse

se

se tractatam probatamque in libris adhuc *ἀνευδότης*, nimirum peculiari Dissertatione, uti & in Commentario in Epist. ad Hebræos. Idem p.38. seqq. provocat ad consensum doctissimorum virorum, HENRICI BENEDICTI STARKII in *Notis Selectis in Epistolam ad Hebræos*; nec non JOH. CONRADI HOTTINGERI in *Commentario Philologico de Decimis* Judæorum Exercit. II. §. V.

## §. II.

Equidem non diffiteor, hanc opinionem & piam esse & tutam, solidamque videri. Etenim cum ipse filius Dei, assumpta κατ' οἰκονομίαν humana forma, Patriarchis, & præcipue Abrahamo, olim identidem apparuerit; quid in rem præsentem statui potest aptius, quam si dicatur, eundem, Regis ac sacerdotis cultu assumto, Abrahamo sese obvium præbuisse, ipsique promissiones jam datas confirmasse? Quod ubi supposueris, soluta videntur maxima ex parte *δυσνόητα* illa, quæ epistola ad Hebræos de Rege Salem habet, nimirum quod Melchisedecus fuerit *ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος*; quod nec initium, nec finem dierum habens vivat *εἰς τὸ διηνεκές*, testimoniumque nactus sit, quod vivat. Quod si hæc, de ipso Filio Dei accepta, & in se nec noxia, nec improbabilia, iusta demonstrationis serie apte deducantur, nodisque, quibus reliquæ sententiæ laborare videntur, scite opponantur, possunt sane vel invitis assensum ingenerare. Id quod nec HEIDEGGERUS disimulat, quando in *Histor. Patriarch. Exercit. II. p. 48.* *Ingenue, inquit, fateor, argumenta illa diu me ancipitem tenuisse animi & consilii, annon calculum vi veritatis adactus adjicerem sententiæ, cui muniende illa adducta sunt. Adeo primo intuitu visu sunt gravia*  
*ἔ ταραχῆσαι α.*

## §. III. DEMONSTRATIO

Verum enim verò plus speciei habet hæc sententia, quam fundamenti; quemadmodum a modo dicto HEIDEGGERO, RIVETO, aliisque jam dudum demonstratum fuit. Mihi quidem, quo minus eandem amplectar, præcipue obstat proprietas stili Mosaici, supra ostensa. Hæc enim non permittit, ut Melchisedecum credamus alium fuisse, quam nudum hominem, & ut nomina propria, reclamante Grammatica, in appellativa vertamus, quemadmodum istius opinionis patroni faciunt. Et quis svaserit, ut uni loco biblico alterius obscuracione, immo detorsione, lucem eamus affusum? Certe enim qui nodum unum e loco Paulino, qui tamen, recte consideratus, enodis est, demere vult, duos, immo plures, Mosaici sermonis scirpo innectit. Constitueram primum CUNÆI demonstrationi dialysin opponere *κατὰ πόδα*; sed animadverto, hanc operam fore partim longiorem, quam pro definita hujus aphorismi, immo totius dissertationis, mensura; partim supervacua; quandoquidem illi, qui integram hanc tractationem in consilium adhibet, eorum, quæ in contrarium adferri solent, aut possunt, discussio erit facillima.

## APHORISMUS VII.

Melchisedecus fuit Rex Salem Cananæus, justitiæ ac pacis studio clarus, Chami quidem posteris generatim annumerandus, sed ita tamen, ut de prolapia ejus nihil speciatim determinari queat & debeat.

D

DE-

**H**Æc jam per se resultat ex antecedentibus aphorismis. Nam si nomina, *Melchisedecus* & *Salem*, non sunt appellativa, sed propria; & si *Salem* sita fuit in terra Canaan, nec ab urbe, quæ postea Jerusalem dicta est, discrepat; inde efficitur, Regem hujus urbis, vicinæque regionis, fuisse gente Cananæum, e Chami posteris, illam regionem eo tempore incolentibus, ortum. Huc accedit, quod nec Angelus aliquis, nec homo singulariter a Deo creatus & in cælum sublatus, nec Henochus, nec Semus fuerit, uti supra evictum est.

## §. II.

Quod si incredibile videatur, virum Dei sanctissimum fuisse inter improbos & summe flagitiosos; consideranda hic sunt ea, quæ supra, aphor. V. §. III. in contrarium allata sunt. Certe hypothesis, qua, extra familiam Abrahami nullos sinceros Dei cultores amplius existisse, statuitur, non solum experientiæ, sed etiam sanæ rationi a priori repugnat. De experientia jam dictum est loco citato. Nec minus rationi eam repugnare, facile animadvertet, qui, quod res, curatius consideraverit. Etenim ipse Noachus trecentos & quinquaginta annos post diluvium fuit superstes, & ita quidem, ut, pro indole sua sancta, jam ante diluvium tanto encomio a Deo ornata Gen. VII. & in ipso diluvio per tam stupenda *πρωληθεις*, sui verò conservationis, opera admodum corroborata, publicum veri rectique præconem egerit. Quis verò credat, testimonia ejus, sermone & vitæ sanctioris exemplo tam

tam diu data & continuata, apud omnes omni plane fructu fuisse destituta?

## S. III.

Quid dicamus de Noachi filiis? & inter hos præcipue de Semo? Hunc enim singulari pietatis studio ac laude floruisse, & quadringentorum annorum vita postdiluvianum mundum illustrasse, nemo nescit, aut dubitat: ipsum vero in sua sapientiæ schola & disciplina inter tot filios nepotesque nullos plane genuinos habuisse discipulos & imitatores, nequaquam est probabile. Quod si vero habuit, hos in vero Dei cultu, ad posteros sincere transmittendo, haud fuisse sollicitos ut opinemur, ab æquo omnino abhorret. Irreperit etiam quædam idololatriæ species in ipsam quoque Chaldæorum patrum, a Semo originem ducentium, familias, ita ut ab ejus contagio Abrahamus purgandus fuerit; demonstrari tamen nequit, istas purioris cultus corruptelas universales fuisse. Contrarium deprehendimus in vita ISAACI & JACOBI, seu in ipsorum matrimonio & peregrinatione, unde non exigua purioris *θεογονίας* signa, in avitis sedibus conspicua, elucent.

## S. IV.

*JAPHETVS* quidem per quantum temporis cursum vitæ suæ periodum extenderit, in originibus Mosaicis consignatum haud reperimus; ipsum tamen a paternæ disciplinæ institutis haud abhorruisse, sed ea potius, si non omnibus in partibus incorrupte, tamen suo modo laudabiliter, posteris suis tradidisse, ut speremus, immo confidamus, æquisimum est. Nec eventus hanc spem plane destituit. Quod si enim canæ antiquitatis monumenta ex-

cutimus, eo plura Noachicæ, ab idolomania abhorrentis, doctrinæ ac sapientiæ vestigia inter mortales omnium nationum deprehendimus, quæ propius ab originibus suis Noachicis abfuerunt. Vel solus sacrificandi ritus, ab omnibus, per terrarum orbem dispersis, gentibus in divinum cultum, immo in primarium totius cultus nervum, receptus, origines Noachicas satis aperte prodit. Et cum Deus ubique suos habere soleat, primum est credere, nonnullos etiam cultus istius nucleum, qui erat doctrina de promisso & exhibendo mundi Salvatore, retinuisse. Quid? quod luculenta hujus rei exempla habeamus in Melchisedeco nostro, uti & in Jobo, ejusque amicis, & aliis supra commemoratis.

## S. V.

Id sane voluit egitque Deus sub antediluvianum mundi instaurationem, ut, flagrante antediluvianorum hominum impietate undis quasi extincta, purior nominis sui cultus per orbem universum magis magisque propagatus effloresceret. Nec familiæ suæ per longum trecentorum & quinquaginta annorum tractum laudabili exemplo defuit vir Dei, Noachus. Id quod si posterorum singuli digne fuissent imitati, quilibet locus per orbem, incolis frequens, Dei scholam habuisset, luculentis præsentis Dei indicis haud vacuum. Et florente hoc inter gentes omnes statu, Deus nihilominus & voluisset & potuisset populum Hebræum, a reliquis segregatum, concessis que dotibus ac prærogativis ornatum, quasi in universi orbis daduchum, seu candelabrum, constituere, qui reliquis gentibus omnibus genuinæ *Deo ynoctas* & *Deo βεταίας* famulam

enlam præferret, ipsorumque lumen subinde de lumine suo accenderet, aut obscuratum repurgaret, *ἵνα εὐνοῖαν, ἡμῖν*

## S. VI.

¶ Nec probabile est, ipsum Chamum, filium Noachi degenerem, primo statim tempore ab egressu ex arca, crassioris idolomanie labe semet conspurcasse, & eidem, tantquam infausito trunco, primos, quos nactus est, stirpis suæ ramos inseruisse. Vixerat enim in disciplina pii patris, piorumque fratrum sodalicio, jam centum annos ante diluuium, ab idololatriæ crimine adhuc eo magis alienus, quo minus ullo indicio probari potest, reliquam antediluvianorum hominum, etsi alias perditissimorum, turbam in crassiore simulacrorum cultu hæsisse. Satis grande tamen idolum ipsis erat omnis generis voluptas, qua diffusebant. In ipso autem navali illo receptaculo, quod arca appellari solet, inter reliquos etiam Chamum a Neacho ad optima quæque fuisse institutum, quis dubitabit? Nec dubium esse poterit, quin revelata, hæctenus *παραπρόσδοξος*, & egregia divini favoris signo post egressum ex arca comprobata, doctrinæ corticem diu retinuerit: quemadmodum usu, venire videmus, ut, quando ex ejusdem magistri disciplina prodeunt diversa, immo contraria, indolis discipuli, pessimi etiam veri rectique notitiam, etsi nucleo deperditam, inde reportent, eamque rursus aliis instillant. Quidquid vero tandem horum sit, sufficit, Chamum in posteris suis habuisse piæ & sanctæ Melchisedecum. Qui quin partim inter ministros suos, partim etiam inter subditos, habuerit imitatores suos, æqua harum rerum consideratio nos dubitare non sinit. Fortasse, pro Dei æconomia in illis temporibus, multa singularia contingere

Melchisedeco, in ejus sacerdotio ac regno. De quibus tamen, tacente scriptura, nos etiam merito tacemus.

## §. VII.

Ceterum conferendus hic omnino est B. W. FRANZIUS in *Schola Sacrificiorum*; utpote qui integra Disputatione nona a p. 209. usque ad p. 250. non solide minus, quam fufe, probat, Deum non solum Abrahami tempore inter omnes populos habuisse, qui ipsum vere agnitiu sine coluerint, sed etiam ejusmodi veros Dei cultores per subsequencia secula usque ad Christum natum passim, extra gentem & ecclesiam Judaicam, existisse. Audiamus ipsum Auctorem in unico tantum paragrafo. §. VII. *Abrahamo data est promissio de Messia ex sua linea oriundo, cum nondum esset circumcisis, ut indicaretur, fidem in Messiam statim ab illo tempore usque per cuncta seculura tempora tam preputiatis, quam circumcisis pro justitia imputari debere, & ita Abrahamum statim ab illo tempore futurum heredem mundi, si ipse pater factus sit omnium preputiatorum & circumcisorum in mundo passim credentium & crediturorum. Si enim solum preputiatis intelligat aliquis eos, qui post Christum natum crediderunt, tum quoque circumcisos non aliter, nisi de iis, qui post exaltatum Christum crediderunt, accipere necessum habebit. Sed hoc absurdum. Ergo & illud: & per consequens hi preputiatis & hi circumcisi tam de iis preputiatis & circumcisis sunt intelligendi, qui vixerunt ante, quam qui vixerunt post natum, passim, & exaltatum Dominum Jesum. Qui reliqua hujus auctoris hic confert, precipue ea, quæ §. XLVII. seqq. habentur, non amplius dubitabit, Salemi existere potuisse pium aliquem Melchisedecum, a Semo, ejusque stirpe, alienum.*

## §. VIII.



## §. VIII.

Et hæc de Melchisedeco sententia, uti fundamento  
 suo nequaquam destituitur, sic etiam merito communis  
 fuit plurimorum interpretum: quanquam alias non raro  
 usu venire soleat, ut, quo quid minus est solidum verum-  
 que, eo majori cum applausu comprobetur. Primis etiam  
 ecclesiæ doctoribus, quos venerabili Patrum nomine ap-  
 pellare solemus, hanc placuisse sententiam, testis est lo-  
 cuples vel unus HIERONYMUS in epist. ad Evagrium:  
*Verti me, inquit, ad Hippolitum, Irenæum, Eusebium  
 Cesariensem & Emisenum, Apollinarem quoque nostrum &  
 Eusebium, qui primus Antiochene ecclesiæ episcopus contra  
 Arium clarissima tuba bellicum cecinit, & deprehendi horum  
 omnium opiniones diversis argumentationibus ac divorticulis  
 ad unum compitum pervenisse, ut dicerent, Melchisedech ho-  
 minem fuisse Chanæum, regem urbis Hierosolymæ. Con-  
 feratur EPIPHANIUS, idem sentiens cum aliis Tom.  
 II. contra hæres. hæres. 55.*

## APHORISMUS VIII.

Melchisedecus fuit כהן לאל עליון, sacerdos Dei  
 altissimi, Gen. XIV, 18.

## EXPLICATIO.

## §. I.

**H**ic habemus τὸ ἕκτον in Mose, confirmatum a Davi-  
 de Ps. CX. nec non a Paulo Hebr. VII, 1. ubi pro-  
 priam vocis כהן significationem contra dissentien-  
 tes nonnullos Judæos in voce ἱερός deprehendimus. Ipsos  
 etiam

etiam priscos & melioris notæ Judæos Psalm. CX. de Mes-  
sia, & vocem  $\text{מִשְׁחִי}$  in sensu notiori & proprio, quo sacerdo-  
tem significat, accepisse, nec ipse dissentiens KIMCHIUS  
ad h. l. negare potuit. Conf. R. Saadias Hagaom in Dan.  
VII, 13.

§. II. Fuit vero Melchisedecus ejusmodi sacerdos Dei al-  
tissimi, qualis fuerat Noachus; h. e. vere obtulit Deo vi-  
ctimas ad illum sacrificandi ritum, qui olim post lapsum  
primis humani generis parentibus ab ipso Deo fuerat præ-  
scriptus, & per decentem  $\text{πατρὸς παραδωσῶν}$  usq; ad Melchisede-  
cum propagatus. Retinuerunt quidem eundem etiam  
reliqui Chami posterii, sed, ita ut dimisso nucleo in solo  
cortice hærerent, atque ita, vera  $\text{θεοσεβείας}$  basi destituti,  
tanquam  $\text{μετεωρίζομενοι}$  mentis suæ vanitate oberrarent,  
& hinc cultus divini nervum, seu sacrificandi ritum, in  
nervum idolomania suæ impie converterent. Ab hac ve-  
ro labe cum se, fortasse cum paucis adhuc aliis, immunem  
servavisset pius Rex Salem, dignus a Deo fuit habitus,  
qui illustrem Messia typum præberet. Quæ de re Dispu-  
tatione posteriore pluribus.

## §. III.

Fuit autem Melchisedecus sacerdos, uti  $\text{ἀπάτωρ}$  &  
 $\text{ἀμάτωρ}$ , nimirum respectu non commemoratæ ejus pro-  
fapia, quasi e cælo demissus fuisset; sic etiam  $\text{ἀγενεαλόγητος}$ ,  
uri generatim, sic multo magis speciatim, respectu gene-  
ris sacerdotalis, ad ipsum nec relati, nec pertinentis. Quæ  
locutio, esse  $\text{ἀγενεαλόγητον}$ , quam optime e constitutione Le-  
vitica, cui a Paulo Melchisedecus, tanquam superior, op-  
ponitur, hic explicatur. Nam secundum ordinem sacerdo-

tii Levitici nemo esse poterat sacerdos genuinus, nisi esset γενεαλόγητος, qui genus suum sacerdotale posset demonstrare, seu genealogiam suam habere in promptu. Alias enim a consortio altaris sejungebantur Esræ II, 62, 63. Atque ita sacerdos ἀγενεαλόγητος est, qui genealogia sacerdotali caret. Unde hæc vox v. 6. declaratur per τὸ μὴ γενεαλογῆμενος ἐξ ἀνάγκης. Hoc vero quid de antitypo representaverit, videatur modo allegata Dissert. posteriore.

## APHORISMUS IX.

Actio Melchisedeci fuit gemina: una regalis, panis & vini prolatio; altera sacerdotalis, benedictio.

## EXPLICATIO.

**P**rimum hic notandum est, panis & vini mentione, pro loquendi consuetudine, in sacris litteris non inusitata, commode intelligi totum istum comneatum, quo Abrahamum excepit Melchisedecus, varii generis esculentis constantem. Vid. Gen. XXVIII, 20. XLIII, 16, 31, seqv. Matth. VI, 11. Conf. DORSCHÆUM de Missâ c. III. Sect. 5. qui scriptorem Pontificium, HUNTLEUM, hujus significationis testem, Missatico Pontificiorum Sacrificio hæc in parte derogantem, producit. Non tamen negaverim, sufficere potuisse solum panem vinumque. Subministrata vero hæc sunt Abrahamo, ejusque cohorti, præcipue honoris & gratulationis causa, ob reportatam a

E

devi-

devictis regibus tam luculentam victoriam ; sed ita ut necessitati simul inservirent , si forte in itinere ex parte aliqua victus inopia premerentur. Et hunc morem , victores honorare *ξένοις* , seu donariis , præcipue ad annonam pertinentibus , imitados esse , saltem servasse , posteros , etiam aliarum gentium , tanquam æquum , seu juri naturæ & gentium convenientem , constat ex Deut. XXIII , 3. Jud. V , 5 , 15. & ex multis profanorum scriptorum testimoniis , passim obviis. Unde optime JARCHIUS ad hunc Mosis locum : *כָּן עָשִׂים לַיְגִיעֵי מַלְחָמָה* ita moris est facere illis , qui sunt fessi e bello. Vid. HEIDEGGERUM Hist. Patr. Tom. II. p. 63. Bene JOSEPHUS L. I. Antiqv. Jud. c. 18. *Hic Melchisedecus* , inquit , *milites Abrahæ hospitaliter accepit , nihil eis ad victum deesse passus , simulque ipsum Abraham mense adhibitum meritis laudibus excepit.* PHIL O Libr. de Abrah. *splendidum hoc epulum vocat.* Quam inepte vero hanc Melchisedeci actionem , tanquam sacrificalem , sacrificio suo missatice fundamenti loco supponant Pontificii , Dissert. II. Sect. III. paucis dicetur.

Actio Melchisedeci sacerdotalis , eaque prior , fuit BENEDICTIO , verbis quidem admodum brevis , sed rerum pondere longe gravissima. Quod ut aliquo modo cognoscamus , perpendemus , qua ratione illa *deivorum* suam habeat prodatque triplici respectu. I. Respectu ABRAHAM I. Ubi rursus considerationi nostræ tria se offerunt momenta. I. Abrahamus suis temporibus prære-

liquis

liquis mortalibus omnibus erat κατ' ἐξοχὴν *benedictus* ab ipso Domino, immo benedictorum omnium pater constitutus. Quis enim est, qui ignoret, solennem benedictionis promulgationem, huic patriarchæ factam Gen. XII, 3. *Efficiam te gentem magnam & BENEDICAM TIBI, & amplificabo nomen tuum, ET ESTO BENEDICTIO, ET BENEDICAM BENEDICENTIBUS TIBI, & maledicentibus tibi maledicam ET BENEDICTIO OBTINGET IN TE OMNIBUS FAMILIIS TERRÆ.* Solennis hæc benedictio per certa temporum intervalla subinde fuit repetita, declarata ac confirmata. Conf. c. XII, 7. XIII, 14. seqv. XV, 1. seqv. item v. 18. XVII, 1. seqqv. 15 - 21. XVIII, 10, 18. XXI, 12. XXII, 16, 17, 18. Conf. Act. III, 25. Gal. III, 8.

## S. III.

Quam divinæ benedictionis solennitatem ac præstantiam qui considerat, non potest non inde rapi in admirationem istius facti, quo Abrahamo, incomparabili fidei heroi, & fidelium omnium patri, cui Sir. XLIV, 19. negatur inventus esse similis in gloria; quo, inquam, tanto viro, Abrahamo obtigisse dicitur *εὐλογία*. Novam vero accessionem, eamque magnam, accipit hæc Melchisedecianæ *εὐλογίας* præstantia, si 2.) consideremus, Abrahamum ipsum fuisse *sacerdotem Dei altissimi*, & hac ratione sacerdotum unum alteri benedictionem impertivisse. Huc 3. accedit, quod sacerdotes Levitici, quorum officium inter alia erat, universo populo solenni benedictionis ritu nomen Domini imponere Num. VI. ortum ducant ex Abrahamo,

hamo, atque ita, ut Apostolus Hebr. VII. loquitur, quasi in lumbis Abrahami fuerint, & hac ratione etiam ipsi in Abrahamo *εὐδοκῶν* Melchisedecianam acceperint. Unde satis constare potest, benedictionis hujus emphasin fuisse plane singularem.

## §. IV.

Hinc vero intromittimur II. ad respectum benedictis MELCHISEDECI. Hic enim benedixit Abrahamo non ut amicus amico, ipsi bene precando; sed ut sacerdos Dei altissimi, & quidem, ut Abrahamo sacerdote esse posset major, tanquam ipsius Christi, summi sacerdotis, typus, Abrahamo longe illustrior. Unde per se emergit III. respectus BENEDICTIONIS IPSIUS. Hanc enim summi fuisse ponderis, equis ex istis suppositis non ipse colligeret? Quod si *εὐλογίας* patriarcharum permagni fuerunt momenti, & longe plus habuerunt in recessu, quam, si verba spectes superficietenus, illa præ se ferre videntur (uti constat ex *εὐλογίᾳ* Noachi Gen. XI, 27. Iaacii Gen. XXVIII, 27. seqq. & Jacobi Gen. XLVIII, 15, 16.) hanc non minus habuisse *ἐνεργείας*, ipsa typi ratio indicat; utpote quæ in Melchisedeco fuit luculentior, quam in ullo patriarcharum, quantum quidem ad propheticum benedicendi actum attinet.

## §. V.

Ut paucis multa dicam: centrum & nervus Melchisedecianæ benedictionis erat in confirmatione illustris pro-

promissionis de Messia, ex Abrahami semine aliquando exhibendo, tanquam omnis spiritualis & æternæ benedictionis fonte inexhausto : cujus promissionis signaculum quasi ac symbolum erat possessio terræ Canaan, Abrahami posteris largienda. Cum vero verbum ברוך in Melchisedeci verbis (quorum summam tantum consignasse videtur Moses) bis occurrat, notandum est, illud loco priori proprie exprimere *εὐλογίαν* in sensu sacerdotali, seu stricte sic dictam, posteriori autem notare *δοξολογίαν*, erga Deum, pro concessâ Abrahamo victoria, tanquam luculento primariæ promissionis sigillo, directam. Dicitur enim: ברוך אברהם לאה עליון *benedictus Abrahamus Deo altissimo, gesegnet sey Abraham bey dem höchsten GOTT*; & ברוך אלה עליון *celebratus sit Deus altissimus, gelobet sey GOTT der Höchste*. Quam significationis diversitatem in uno eodemque verbo res ipsa subministrat. Etenim Deus, quia ipsa est benignitas, ipsa caritas, eaque per communicationem sui nunquam non exuberans, ita benedicit, ut verba in meras res seu bona convertantur; sicut & maledictio ejus non verbalis est, sed realis, vindictam reatui inferens. Homo autem quando Deo benedicit, illi nihil potest conferre præter affectum pium, fidenti & demissa gratiarum actione & *δοξολογία* plenum.

## §. VI.

Hæc hætenus de benedictione. Annexum ejus, eidem ad sacerdotalis muneris prærogativam pertinens, erat *decimarum receptio*, sacerdotibus Leviticis propria.

E 3

Erant

Erant vero decimæ sub œconomia Levitica triplicis generis: aliæ *communes*, quæ tertio quoque anno, a Sabbatho terræ Levitis, & simul pauperibus, seu peregrinis, orphanis viduisque, cedebant. Deut. XIV, 28, 29. aliæ *Levitarum* tantum, quæ iis in compensationem duodecimæ partis terræ, ipsis debitæ, dabantur. Lev. XXVII, 30. aliæ sacerdotum, seu *decimarum decimæ*, quas Levitæ sacerdotibus pendebant Num. XVIII, 26. Hæc, ad præsentem materiam applicata, constitutioni Leviticæ ita præluisse deprehenduntur, ut inde constaret, in Abrahamo ejus posteros, Levitas ipsos, soluisse decimas Melchisedeco, & Abrahamum, dum eas Melchisedeco dedit, hunc se ipso sacerdote longe esse eminentiorem, agnovisse; quemadmodum hoc interpretari videmus Apostolum Hebr. VII.

## S. VII.

Jam si quæras, num, Melchisedecus sacerdotium suum solo, uti nonnullis videtur, benedictionis ritu obierit? Id non affirmaverim. Non quidem sacrificiationis disertam mentionem fecit Moses; inde tamen neutiquam colligere licebit, ipsum cruentis sacrificii plane abstinuisse, aut abstinere jussum a Deo, quemadmodum fabulosa quædam Judæorum traditio fert, panis ac vini prolationem in solitarium & principale sacrificium convertens. Vide SELDENUM de Jur. Nat. ac Gent. Hebr. L. III. c. 2. Nam hæc opinio repugnat i. proprietati vocis כֶּהֵן, cujus mensuram a Melchisedeco impletam fuisse, ut credamus, vel ipsa Grammatica vocis notatione,



tionem, compellimur: 2. Antitypo, Christo, qui cum cruentum obrulerit corporis sui sacrificium, requirit analogia typi, ut etiam Melchisedeci sacerdotio cruentas victimas tribuamus. 3. Consuetudini patriarcharum, speciatim Abelis & Noachi, a quibus sacrificandi ritum acceperat pius Rex Salem. Huc accedit, quod decimarum acceptio & solutio haud obscure aliquod sacrificiationis indicium præbeant. Etenim decimæ ex parte etiam in sacrificiorum usum cedebant secundum legem Leviticam: In quem quod ab Abrahamo solutæ & a Melchisedeco acceptæ fuerint, & hoc quidem in præludium constitutionis Leviticæ, ut inde Melchisedeci antitypici prærogativa præ sacerdotibus Leviticis agnosceretur, probabile omnino est. Quid? quod decimarum solutionem in usum sacrificiorum etiam ante legem jam tum in usu fuisse, haud obscure possit colligi ex voto Jacobi de exsolvendis Deo decimis post feliciter confectum peregrinationis negotium Gen. XXVIII, 22. Ceterum singularis hic Dei nutus seu afflatus agnoscendus est in Abrahamo, nimirum cujus ductu hic per decimarum oblationem, nec non panis ac vini prolationem, scilicet benedicturo Melchisedeco obvium exhibuerit.

F I N I S.



00 ( ) 00

**S**D/ mein geehrter Freund! so machest du bekandt  
Daß du die edle Zeit sehr wohl hast angewandt /  
Wie auch der Eltern Schweiß nebst deiner munteren  
Tugend /

Da du Gelehrsamkeit verbunden mit der Tugend.

Es ist demnach ganz recht / daß dein geschickter Sinn

Nun gehe weiter fort zu den Parnassum hin /

Daß dir Apollo Hand mit seinem ganzen Heere

Den Lorbeer-Kräng dereinst zum Recompens verehere.

Gleichwie Melchisedek von Gott geehret ist /

Daß Er ein Vorbild sey des HERRN Jesu Christi;

So müsse solches wohl dir werden beygelegt /

Daß du zum Nachbild auch des HERRN fenst gepräget.

So wird dein Glück und Heil um deine Scheitel strehn /

Man wird das Licht und Recht aus deiner Brust erseh'n /

Wenn du in Gottes-Haus Mylteria tractirest.

Biß du in Salem dort vollkommer disputirest.

*Solches schrieb glückwünschend*

ANDR. KOEHLER, SS. Theol. Cult.  
Eglenf. Metropol.

**D**Ic mihi, mi Pierschi, quid carius arbore perftet,

Quæ spargit flores, ac fructus gestat amcenos?

Sic profers fructus studiorum, Numine dante,

Quod jam indefessas operas exexit in altum.

Perge diu felix scrutando arcana Jehovah,

Det Deus in rebus Tibi cunctis robora firma,

Ut quod agas cedat fati votisque secundis.

*Nobiliss. & Doctiss. DN. Contub. addit*

JO. JACOBUS SCHRÆDERUS,

SS. Th. Cult.

1810

JJ 5225

ULB Halle

3

002 698 757





st

Ms 18

Mt:







Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PRIOR  
DE

18.  
**ACHISEDECO,  
IRISTI TYPO,**

Quam  
I REGIA FRIDERICIANA  
sub Numinis divini auspiciis,  
TORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DERICO WILHELMO,**  
PE BORUSSIAE, MARCHIONE  
NDENBURGICO, RELIQUA;  
die Jul. hujus M DCC XIII. anni,

PRAESIDE  
**CHIMO LANGIO,**  
SS. Theol. Prof. Ordin.

placido eruditorum examini subicit

RESPONDENS  
**BARTHOLOMÆUS PIETSCHIUS,**  
stadio - Mansfeld. S S. Theol. Cult.

HALAE MAGDEBURGICAE,  
GEORGI JACOBI LEHMANNI, ACAD, TYPOG.